

EMB. XV. Ex Pictura aculeatæ Regum Corona, cum lemmate, *Morus inversa docebit.* Quo significatur, quantis curis, & anxietatibus, Regum capita, & peccata subsint, ut pluribus locis, & exemplis ostenditur. Aliquibus etiam de Coronarum origine, & differentiis breviter peroratis, pag. 80.

EMB. XVI. Ex Luciani, & aliorum similitudine, qui Colossos exterius auratos, & mira arte fabricatos, interius autem spinis, clavibus, & spartis plenos, Principibus comparant. Cum lemmate, *Splendor Regum mendax,* & multorum testimoniorum, & exemplorum relatione, quibus anxietas, & assidua cura, quæ Regum semper præcordiis hærent, manifestantur, pagin. 85.

EMB. XVII. Ex Regum Persarum more, qui Cubicularium præfecerant, ut eos summo mane ad vigilandum, & negotia Regni curanda excitaret. Cum lemmate, *Regum Vigilia,* & aliis multis, quæ ad hanc indesinentem Regum curam, & in rebus omnibus vigilantiam suadendam conducunt, pag. 91.

EMB. XVIII. Ex simili Plutarchi, & aliorum, qui Reges segnes, & desides, Tragediarum Regibus comparant. Cum lemmate, *In Reges desides,* & lata hujus vitii execratione, pagin. 96.

EMB. XIX. Ex Mossænicorum more, Reges, quos eligebant, compedibus detinentium, maleque multantium, si munus suum minus rectè peragerent. Cum lemmate, *Discite Justitiam Moniti,* & similium exemplorum relatione, & illius quæstionis resolutione, an, & quando Reges ob ignaviam, vel Tyrannidem, deponi possint? Et aliqua de excellentiis, & laudibus vitæ privatæ, pag. 100.

EMB. XX. Ex simili damnosarum locustarum, quia Regem non habent. Et ex contrario, de utilitate, & bona gubernatione. Apum, quia illum habent, & maxime colunt. Cum lemmate, *Exlex Grex, ubi non est Rex.* Et lata dissertatione, de precissa Rectoris in qualibet benè constituta Rep. necessitate, pag. 105.

EMB. XXI. Ex Pictura Apollinis, secundum Callimachum Panaceam desuper ex crinibus in homines compluentis. Cum lemmate, *Sapientiam Principis, salus Populis.* Et accurata ejusdem illustratione, & boni Principis descriptione, & quod Reges boni, veluti Medici suorum existunt, pag. 109.

EMB. XXII. Ex Nuceæ arboris similitudine, quæ omnia sub se sata lædere dicitur, cum lemmate, *Umbra mali Principis,* & commemoratione damnorum, quæ à Tyrannis, & injustis causantur, eorumque ex variis Auctoribus descriptione, pag. 114.

EMB. XXIII. Ex Solis Eclipsim patientis figura, & similitudine. Cum lemmate, *Regis error Populis Exitialis,* & ejus comprobatione,

collatis noxiis effectibus, quos Eclipsis, & Rex malus producere solent, & examine rationis, cur Deus, Regum peccata in eorum subditis plectere solet, pag. 118.

EMB. XXIV. Ex Homeri Doctrina, tradentis, Jovem ipsum, Reges ad benè gubernandum dirigere, & erudire. Cum lemmate, *Deus, quos erigit, dirigit,* & copiosa hujus doctrinæ ex Sacris, & profanis literis, & exemplis, comprobatione. Et quod non solum mentes, & corda Regum, verum, & salus, & corpora, in peculiari Dei tutela sint, & à pluribus Angelis custodiantur, pag. 122.

EMB. XXV. Ex Lyncæi ad Lacedæmonios exemplo, in duobus Canibus, ex eisdem parentibus natis; sed propter educationis differentiam, diversos mores habentibus. Cum lemmate, *Educationis vis,* & latissima hujus documenti exhortatione, & illustratione; & quantum in omnibus hominibus, & maxime in Regibus, & Principibus, Bonam à teneris annis institutionem, & educationem curare oporteat, pag. 126.

EMB. XXVI. Ex Palladis Icone, quam simul Armorum, & literarum Deam Veteres faciebant, & effugiabant. Cum lemmate, *Armis, & literis,* & latissima dissertatione ad probandum, hæc in Regibus, & Principibus amicè conjurare debere, & quibus præcipuè artibus, & quatenus à teneris imbui debeant. Rejeda barbara aliquorum sententia, qui eos illiteratos esse maluerunt: Et aliorum, qui per Magiam Divinatricem, & alias illicitas artes, futura perquirere posse, docere videntur, pag. 133.

EMB. XXVII. Ex Mercurii figura, quæ truncis caduceatis manibus, & alatis pedibus, sola lingua potente, & in trivitiis locari solebat. Cum lemmate, *Eloquentia Principes ornat.* Pluribus in hujus Figuræ explicationem, & Eloquentiæ vim, & præstantiam, expensis, & quatenus Beges, & Principes deceat, in Audientis, quas præbent, aliquando ab stricto, & formulari verborum tenore discedere, pagin. 143.

EMB. XXVIII. Ex Speculi ad Bonum Principem; juxta Plutarchum, & alios, similitudine, quæ latè illustratur. Cum, lemmate *Undique illesus,* & enixa Principum admonitione, ut sibi, & subditis, se ita speculum præbeant, ut nec Musca calumniæ eis insistere queat. Et quod vel à levibus maculis, & mendaciis, abstinere debent, & fidem, etiam hostibus datam, inviolatè servare, pag. 151.

EMB. XXIX. Ex Virgis, quas Jacob circa canales aquarum possuisse in Genesi legitur, quarum colores Oves imbidem conceptæ sumebant. Cum lemmate, *Sceptrorum imitatio, Potentissima,* & varia omnium literarum, ad ejus veritatem comprobendam recollectione. Vitæque, & mores Regum, veluti legem, & censuram

ram populis esse, eoque Sanctius, Justius, & Modestius in omnibus se habere debere. Adjectis etiam aliquibus de re vestriaria, & proflixitate, & crispatione Comarum, quæ hodiè (heu) in nostram Hispaniam irrepit, pag. 157.

EMB. XXX. Ex Jovis apud Lucianum subsanatione, quod in Papilionnum alis pingendis, & variegandis, distineretur. Cum lemmate *Magnus in Magnis.* Quo, ex impudici hujus Atheistæ stercore, aureum Dogma ad Reges admonendos colligitur, ut in curis, & occupationibus, tanto munere dignis, tempus consumant, ejusque jacturam omnibus graviolem esse cognoscant, pag. 163.

EMB. XXXI. Ex Achillis historia, & pictura, Armis intenti, & ornati. Musicæ tamen aliquando, sub Chironis disciplina, studiosè operam dantis. Cum lemmate *Sic misce gaudia curis,* & seria dissertatione de ludis, & oblectamentis, quæ Reges ad graviorum curarum levamen sumere possint. Et quæ etiam interdum suis populis concedere debeant. Ubi aliqua de Comædiis, pag. 168.

EMB. XXXII. Ex Alexandri Magni inter oblatas sibi Achillis, & Paridis Cytharas electione, illam tamquam viri fortis avidè arripientis, hanc tamquam effeminiati, respicientis, & dedignantis. Cum lemmate *Virtutis Sonus, Principum Honos,* & exacta commentatione, & commonitione, quod ea solum exempla, quæ virtutem sonant, & accendunt, sequi debent, & in Bivio virtutum, & vitiorum positi, ut Hercules Prodicus, illarum callem, & collem, licet arduum, arripere, pag. 173.

EMB. XXXIII. Ex Fabula Actæonis in cervum versi, & à suis canibus inter venandum miserè dilaniati. Cum variis ejusdem fabulæ Mytologiis, & lemmate *In nimis venationi deditos,* & exacta disquisitione vulgatæ quæstionis, An, & quomodo venationis studium licitum sit, & ei possint Reges, & Principes in servire. Et cur viris Ecclesiasticis prohibeatur, pag. 177.

EMB. XXXIV. Ex Herculis Clava, quam ut propriam, & à se confectam, pluris semper armis ceteris fecit, quibus à variis diis donatus in fabulis traditur. Cum lemmate *Propria virtus in Regibus commendator,* & accurata Nobilitatis disputatione, & quos effectus in posteris debeat ingenerare, & quantum peccent, qui eam suis moribus sædant, & cur sæpè Heronum Filii noxæ esse dicantur, pag. 182.

EMB. XXXV. Ex Sybaritarum historia, nimio suo luxu, & deliciis, sub ipsis equis, quos ad tibias saltare docuerant, miserè pereuntium. Cum lemmate *Delicie nime Rempublicam perdunt.* El multarum locorum, & exemplorum ponderatione, quibus immoderatum omnis luxuriæ genus, non solum in Venere, sed in cibo, potu, stragulis, vestibus, & si-

milibus, exitiosum semper Regibus, & Regnis fuisse detegitur, pag. 189.

EMB. XXXVI. Ex Asselli marini pictura, & natura, qui solus ex omnibus animantibus cor in ventre habere dicitur. Cum lemmate *Ingluvies Regibus vituperabilis,* & investiva in omnes, qui in ventre, mensisque dapalibus, suum studium, & felicitatem, Majestatemvè constituunt, pag. 195.

EMB. XXXVII. Ex Bachi Pictura, curru à Lyncibus, timidissimis animalibus, acti, & accurata ejus explicatione. Cum lemmate *Vinolentia Principibus fugienda.* Lataque hujus vitii in Regibus, & quibusvis aliis detestatione, & qualiter accipiendi sint, qui vinum, & ebrietatem nimis extollunt, curas solvere, & ingenium acere, dicunt, pag. 201.

EMB. XXXVIII. Ex Maris, ventis agitati, lutum, & algam in litora vomentis, similitudine, qua Plutarchus, & alii, cohobendam Animi iram insinuant, quæ similes effectus in omnibus, & magis in Regibus, & Principibus operatur. Cum lemmate *Ira Animi lutum vomit,* & exacta hujus vitii examinatione, & detestatione, & quod Temulentia similis sit, & qualiter temperari possit, & debeat, pag. 209.

EMB. XXXIX. Ex Caligulæ Imperatoris effigie, cupido, & avaro animo, & corpore super malè congestos aureorum, & thesaurorum acervos hilariter recubantis. Cum lemmate *In Avaros Principes,* & exacta Avaritiæ detestatione, & quàm sit in Regibus execranda, & quo pacto thesauros congerere, & congestis uti, licite possint, pag. 214.

EMB. XL. Ex effigie, & historia Urracæ Castellæ Regina, quæ ob expilata Templi Divi Isidori Legionensis sacra vasa, & donaria, exanimis ad ejusdem Templi valvas occubuit. Cum lemmate *In Principes, qui sacra convulsant.* Eorundemque ex variis exemplis, & doctrinis admonitione, ut in Templis, & pia opera liberales, ab Ecclesiis, & Ecclesiasticorum bonis, & redditibus, quantum fieri possit abstineant, & quas condiciones servare debeant, ubi urgens Regni calamitas contrarium extorqueat, pag. 219.

EMB. XLI. Ex historia Tiberii II. Imperatoris Constantinopolitani, à Deo ingenti thesauro ob Pietatem, & Eleemosynas, quas pauperibus largiebatur, miraculosè donati. Cum lemmate *Largus in Pauperes,* & Regum ad hanc virtutem exhortatione, & quod nullos securiores uberioresque thesauros congerere possunt. Et quis modus in Eleemosynis faciendis, & veris Pauperibus à fictis distinguendis, servari debeat, pag. 225.

EMB. XLII. Ex Solis, cum Plutarcho, similitudine, qui suum sic per Zodiacum cursum agit, ut contrarium cælorum motum, quem in totum mutare non valet, aliquantulum tamen retardat.

Cum

Cum lemme, *Sic regat Rex solum, ut Sol regit Polam*. Et hinc sumpta, & late illustrata Regum admonitione, ut minus probos etiam Populorum mores, quos uno ictu ad meliora flectere nequeunt, saltem aliquantulum temperent, & paulatim efficiant, ut lupatis parare condiscant, pag. 230.

EMB. XLIII. Ex Symbolo Domini Ferdinandi V. Regis Catholici, Incudis sub malleo patientis, ejusque ictus pro tempore tolerantis. Cum lemme, *Tempori cede*, & ejus exacta defensione, explicatione, & illustratione, simulque Patientiae, & Tolerantiae commendatione, & veteris illius questionis resolutione: An quando, & quomodo, in Regibus licita, & prudens videri possit, dissimulatio, & sui animi consilia, & motus in opportunum Tempus differret, pag. 236.

EMB. XLIV. Ex Terentii, Platonis, Plutarchi, & aliorum similitudine, vitam hominum ludo Tesserarum comparantium. Cum lemme, *Smistri casus ferendi, & corrigendi*. Ad ductis pluribus locis, & exemplis, quae in Regibus hanc Animi Fortitudinem, & Constantiam suadent, & eadem mediante, saepe sapius adversae Fortunae Victores, & Dominos reddunt, pag. 242.

EMB. XLV. Ex Pictura Jovis, alios Deos admittenda perniciosa fulmina, secundum Senecam, in Consilium vocantis. Cum lemme, *Consulendum in Arduis*. Et omnigena literatura, ad Consilii petendi utilitatem, & necessitatem Regibus, & Principibus suadendam. Et quod hoc nihil eorumdem Majestatem immuat, & qualiter à Gloriosis Hispaniae Regibus, praeteris, observetur, pag. 249.

EMB. XLVI. Ex Jactu Anchorae navis, prius Bolidae maris fundo, ac firmo tentato. Cum lemme, *Firmis herendum*, & latissima Regum Admonitione, in bonis Consiliariis, & Consiliis eligendis, & cognoscendis, & securis, & firmis amplectendis. Et quibus ex causis haec saepe perverti soleant, & de damnis praecipitationis, & evocationis negotiorum à propriis Senatibus, per quos cognosci, expediti, & consulti solent. Et quod bona consilia ex eventu, aestimari non debent, nec per schedulas secretas inquiri, cum plurimis aliis, quae ad hanc Consiliorum tractationem spectant, pag. 258.

EMB. XLVII. Ex Templi Consilii, Consiliorum Dei, occulta, & opaca apud Romanos Ethnicos structura. Cum lemme, *Consilia occultanda*, & plurimis aliis, quae ad summam hujus Moniti utilitatem, & Secreti in omnibus, quae gerunt, necessitatem, Regibus, & eorum Consiliariis suadendam, & commendandam, conducunt, & praecipue Secretariis, de quorum munere aliqua perstringuntur, pag. 268.

EMB. XLVIII. Ex Fornicis Pictura, & juxta

Senecam similitudine, & lemme, *Casura nisi invicem obstant*. Ad illius questionis resolutionem aptata, An, & quatenus Regibus, & Regnis expediat, Consiliarios, inter se oppositos, & adversantes, habere? Et qualiter hi in suffragiis ferendis se habere debeant, & in executione eorum, quae jam, etiam contra animi sui sententiam, à majori parte decreta fuerint. Et de juvenibus ad consilia non temere introducendis, pag. 274.

EMB. XLIX. Ex Historia Cambysis, Praejaspis filium sagittantis, quod Pater ei verum consilium liberè dedit. Cum lemme, *In Principes veri Ossores*, & accurata, omnimodaque literatura illustrata, Regum exhortatione, ad veritatem amandam, quaerendam, & gratis auribus suscipiendam, quae maximè solet ab eorum Aulis exulare. Et qualiter Consiliarii, & Concionatores, liberè, sed salva semper Regiae Majestatis reverentia, illam sequi, proferre, & praeporere debeant, pag. 282.

EMB. L. Ex Cervorum, & Turturum similitudine, qui instrumentis musicis deliniti, à Venatoribus facile capiuntur, & Adulatoribus aures esse obturandas, suo damno suadent. Cum lemme, *Adulatores fugiendi, & fugandi*, & latissima, & literatissima hujus vitii descriptione, & detestatione, & quam frequens, & nocivum in aulis, & auribus Regum, ac Principum esse solet, atque aded ab eisdem summa cura puniri fugique, ac fugari, & eliminari conveniat, pag. 292.

EMB. LI. Ex Locrensi instituto, neminem ad res novas populo proponendas, admittentium, nisi implicito ad collum laqueo, quo, si propositae non placent, suffocabatur. Cum lemme, *Novum omne cave*, & lata, & accurata ejusdem illustratione, Regumque admonitione, de damnis, quae ex novis institutis in Republica oriri solent, & quod non nisi ex magna causa ea permittere debeant, nec Deceptorum suorum actiones, ut plures saepe faciunt, parvi pendere, aut revocare, pag. 301.

EMB. LII. Ex Historia, & Pictura Asini, qui Pistojae, Tribunal sellamque Magistratus prope meridiem insedit, & venturum ineptissimum ejusdem urbis gubernatorem praesagivit. Cum lemme, *In Principes ineptos, Judices eligentes*, & latissima dissertatione, Regumque Admonitione, de summa cura, quae in Bonis, & Aptis Consiliariis, & Magistratibus eligendis, haberi debet, & de earumdem electionum requisitis, turpisque, & maximè venalis Ambitus, in ejusmodi officiis execratione, & quod indigenae exteris sint praefereandi, pag. 307.

EMB. LIII. Ex Anaxagorae Philosophi, jam jam morientis, ad Periclem Regem, serò eum consolantis, & honorantis, responso, *Lycernam alat, qui luce opus habet*. Quod pro lem-

mate sumitur, & late illustratur, ad Reges monendos, quam sit justum, ut Consiliarios, & Magistratus, qui sibi prudenter, & fideliter inservierunt, & eorum filios, honoribus, & muneribus prosequantur, pag. 318.

EMB. LIV. Ex Pictura Regiae Vestis, pluribus Oculis, Auribus, Manibusque polymita, juxta mentem Themistii, qui late explicatur. Cum lemme, *Administri Principum*, & copiosa accurataque Ostensione, quam sint, & fuerint hi, omnibus Principibus necessarii, dummodò intra sui se muneris metas cohibeant, pag. 322.

EMB. LV. Ex Templi structura, quod per plures Portas, ad Numen interius cultum, aditum praestat. Et Fontis, per canales plures, lymphas suas deliciosè fundentis. Cum lemme, *Porte ad Principes plures*. Et illius questionis dissertatione, An Regibus plures Administros interiores, vel unum dumtaxat, habere conveniat. Et quod hic, semper, ac fieri possit, ex indigenis esse debeat, pag. 329.

EMB. LVI. Ex Vallo efflorescente, & vitem, in cujus pedamentum positus fuerat, suis frondibus suffocante. Cum lemme, *In Timidos Administros*, & exacta horum descriptione, & detestatione, & quam sit frequens, ut sub divitiis, & fortunis festinatè congestis, obruantur, & in spoliis, ubi ceciderint, cedant, qui elati, aliorum spoliis intumuerunt, pag. 333.

EMB. LVII. Ex Fabula Ephialtes, nimis, propeque crescentis, & ideo ruinam, & Jovis fulmen perpassi, Cum lemme, *Qui eminent, cadent*. Et lata illius fabulae, & hujus veritatis illustratione, & comprobatione, & quam sit certum, Summorum apud Reges Administorum (quos *Validos*, vel *Piraeos* vocant) sortem, lubricam, & variis periculis suppositam esse, pag. 339.

EMB. LVIII. Ex Antisthenis Apophthegmate, ad Reges tamquam ad caminum ignis accedendum esse monentis. Cum lemme, *Regum calor, quomodo suscipiendus?* Et copiosa ejus tractatione, & aetere Mediocritatis, tam in hoc, quam in ceteris rebus, commendatione, & Adagii *Proximus Jovi, proximus fulmini*, & similium, pag. 346.

EMB. LIX. Ex Elephantis, unà cum arbore inquam reclinat, cadentis similitudine. Cum lemme, *Nolite confidere in Principibus*. Ejusque ex Divinis, & humanis literis adstructione, & quam sit fallax, & fragilis Regum, & Potentiorum adhesio, comprobatione, pag. 352.

EMB. LX. Ex Cervorum pictura, & natura, qui si aures demittunt, surdissimi, si arrigunt, audientissimi sunt. Cum lemme, *Aures boni, & mali Principis*, & accurata dissertatione illius questionis, qualiter Reges, & Principes,

faciles, & gratas Aures suis subditis, sine Majestatis contemptu, praestare debeant, pag. 356.

EMB. LXI. Ex Statera, & humani Capitis similitudine, à Petro Mattheo, & aliis prudenter excogitata. Cum lemme, *Statera Regum*, & exacta illius questionis examinatione, An Reges, per se ipsos, subditorum causas audire, & judicare conveniat, & qualiter utramque Aures praebere, & utramque partem audire conveniat, & non faciles, nec credulos esse, vel sussurronibus, sycophantis, & delatoribus indulgere. Et quod judiciis Regum Deus veluti peculiariter adsit, & inde saepe propè divina esse soleant, ut aliquibus exemplis ostenditur, pag. 361.

EMB. LXII. Ex Mercurii alati, & petasati, Icone, & similitudine, quem, ut Deorum Nuntium, in continuo motu, & cursu esse debere, Antiquitas docuit. Cum lemme, *Regis praesentia velox*, & accurata illius questionis dissertatione, An oporteat, quod Reges aliquando sui Regni provincias personaliter lustrent. Et quo modo hoc facere expediat, & quantum gaudii, hilaritatis, & utilitatis ex his visitationibus opportunè factis, Populi recipere soleant, pag. 368.

EMB. LXIII. Ex Pithaei Regis Tribunali, cui Musarum Templum, sive Chorus, haerebat, ut juris, & aequitatis singulare commercium ostenderet. Cum lemme, *Regum Tribunal*, & peculiari eorumdem admonitione, qualiter, & quando possint, & debeant strictum juris rigorem, aequitate mediante, lenire, & justum ab iniquo secernere, pag. 374.

EMB. LXIV. Ex Virginali Justitiae Icone, velatis oculis, gladio, & bilance conspicuae, leonemque frenatum regentis, & insedentis. Cum lemme, *Omnibus aqua*, & copiosa de ejus picturis, & utilitatibus dissertatione, & Regum in ea aequaliter pauperibus, ac Potentioribus ministranda, obligatione, & admonitione, pag. 379.

EMB. LXV. Ex Ranæ Aegyptiae pictura, & sumpta, ab Aeliano similitudine, dum, transversa in ore virga, se à crocodilis, & aliis validioribus piscibus liberat. Cum lemme, *Justitiae tutamen*, & ex sacris, & humanis literis ostensione, Virgae, sive Sceptri Regii, hoc praecipuum munus esse debere, ut infirmos à Potentiorum injuriis defendat, & pauperes, viduas, pupillos, miserabilesque personas, sub sua protectione, & tuitione recipiat, pag. 386.

EMB. LXVI. Ex Phittaci Philosophi, & Leonis Imperatoris Apophthegmatis, leges, mania, & oculos Civitatum esse, dicentium, Cum lemme, *Legum mania, Urbium mania*, & lata, & exacta Bonarum legum laudatione, & Regum de summa earum utilitate, & necessitate commotione, & qualiter se in eis ferendis,

dis,

dis, & observari faciendis, habere debeant, pag. 391.

EMB. LXVII. Ex Magnetis natura, ferreos ad se annulos atrahente, ita tamen, ut qui longius distant, segnius, & languidius adstringantur. Cum lemmate, *Languor legum*, & seria, ac vera Regum animadversione, quantum leges, & si sanctè, & strictè prolata, ipsis absentibus, vel illarum implementum non curantibus, langueant. Proindeque oportere ad Indicas, & remotas quasvis Provincias, Selectissimos Magistratus mandare, pag. 399.

EMB. LXVIII. Ex Aucupii, & fori Judicialis, juxta nobile Apophthegma Pii II. comparatione, quæ lata illustratur. Cum lemmate, *Legum, litiumque multitudo exitialis*, & hujus Axiomatis copiosa comprobatione, Regumque ad secandas brevianasque leges, & lites, exhortatione, & peculiari observatione, de origine, & progressu legum Hispaniæ, quæ jam sua etiam mole laborant, pag. 404.

EMB. LXIX. Ex Trajani Imperatoris, Præfeco sui Prætorii gladium tradentis, celebri voce, *Cape, si rectè imperavero, pro Me, sin aliter contra Me.* Cum lemmate, *Pareto legi, quisquis legem tuleris*, & accurata ejus illustratione, ad Reges, & Principes admonendos, nihil æquè ad legum observantiam, & vigorem conducere, quàm si ipsi eisdem pareant, qui soluti esse dicuntur, & qualiter hoc vulgare proverbium accipi debeat, pag. 413.

EMB. LXX. Ex Cervi Pictura, & natura, suo anhelitu serpentes à suis latebris extrahentis, & occidentis. Cum lemmate, *Nulla fraus tuta latebris*, & variis testimoniis, & exemplis referta Regum, & Principum Admonitione, ut delicta, & delinquentes inquiri, & puniri studeant, & facinorosis hominibus, ubicumque latentibus, Republicam purgent, pag. 418.

EMB. LXXI. Ex Fidicinis, Lyra cordam prius studiosè temperantis, & ad concentum cum ceteris reducens, quàm rumpentis, & abjicientis, similitudine, à gravissimis Auctoribus sumpta, cum lemmate, *Temperandum prius, quàm puniendum*, & gravi Regum exhortatione, ut hoc, semper ac fieri possit, sequantur, & pro primis delictis in eos non sæviant, quos sperare possint, ad meliorem frugem in posterum redituros, pag. 426.

EMB. LXXII. Ex Apum similitudine, quæ Fucos, ignavum pecus, iteratò nocentes, acrius quàm pro primis excessibus puniunt. Cum lemmate, *Iterata culpa, gravior punienda.* Et seria Regum ad hoc imitandum commotione, & qualiter se in Reos Majestatis habere debeant, pag. 431.

EMB. LXXIII. Ex Vedii Pollionis historia, ab Augusto justè reprehensi, quòd servum, obvas, fractum murænis mandendum mandavit. Cum lemmate, *Noxæ sit æqua punitio,*

& lata ejusdem illustratione, & quòd pœnæ, non solum debent respondere delictis, sed suos etiam auctores, & solitam formam inacerbitate non egredi. Et cur, & quomodo in crimine Majestatis diviniæ, vel humanæ, hoc limitari soleat, pag. 434.

EMB. LXXIV. Ex Fascibus, quas Romani Consules ante se gestabant, securibus alligatas, & quid in hoc juxta Plutarchum, & alios intenderent. Cum lemmate, *Cumelandum in penis.* Quod latè, & accuratè illustratur, ut Reges, & alii, qui jus gladii habent, commoneantur, in supplicis, maximè Capitalibus, irrogandis, maturè procedi debere. Abditis aliquibus limitationibus, & declarationibus hujus Regulae, pag. 441.

EMB. LXXV. Ex Jovis Fulminantis Pictura, & secundum Senecam doctrina, de ratione, & intentione, quæ in sontibus puniendis haberi debet. Cum lemmate, *Plus terrendum, quàm torrendum.* Quod pluribus doctrinis, & exemplis ornatur, præsertim illo Decimationis, apud Romanos valde usitato. Et qualiter Reges hæc imitari debeant, & ubi multitudo, vel communitas aliqua peccat, animadvertere, pagin. 449.

EMB. LXXVI. Ex apum similitudine, quæ unguunt, & pungunt, & Regem aculeo carentem habere dicuntur. Cum lemmate, *Pungat, & ungat*, & copiosa Clementiæ laude, & commendatione, & quantum in ea Reges eminerere debeant, misericordiæ plus quàm rigori tribuentes, & aliquando ob intercessionem, & alias justas causas, delicta condonantes, pœnasve moderantes, aut commutantes, & omni semper suppliciorum inferendorum occasione carere cupientes, pag. 452.

EMB. LXXVII. Ex Herculis Pictura, æstrum, ignavum pecus, totavi suæ clavæ ferientis. Cum lemmate, *Ignavia fugienda, & fuganda*, & accurata hujus Picturæ commentatione, & otii, & ignaviæ detestatione, & quantum debeant Reges, & Principes hoc vitium à suis Regnis fugare, & subditos in laboriosis, & Reip. utilibus operibus exercere, & fictorum mendicantium pauperum, ac Cingarorum, quos *Gitanos* dicimus, vagantia, & redundantia examina coercere, pag. 460.

EMB. LXXVIII. Ex Fontis, suis Lymphis omnia circum se posita vernantis, florereque facientis, Pictura, & similitudine, ex quadam lege Alphonsina desumpta. Cum lemmate, *Sic præmiis omnia florent*, & exacta demonstratione, & Regum Admonitione, quòd præmia, & honores Republicam fecundant, & secundant, & qualiter se in illis distribuendis gerere debeant, pag. 469.

EMB. LXXIX. Ex Pyramidis coronatæ Pictura, cui hærens humilis ex se vitis, in altum conscendit, & botros opimiores emittit. Cum lem-

lemate, *Docti homines Potentiorum adminiculis sublimandi*, & exactissima hujus doctrinæ comprobatione, & Regum Admonitione, ut bonis Artibus faveant, nec sui temporis ingenia, quia patria, vel quia viva, & recentia, despiciant, pag. 479.

EMB. LXXX. Ex Tentyritarum Pictura, & similitudine, qui pusiones ipsi, Magnos Nili Crocodilos domant, & frenant, & quò volunt deducunt. Cum lemmate, *Literati Principibus suscipiendi*, quo Reges, & Principes admonentur, ut si famæ gloriæque suæ in posterum consulere velint, Historicis, Poetas, & alios Literatos homines suscipiant, & suscipiant, eorumque pennis, pro ora virorum volitare procurent, pag. 487.

EMB. LXXXI. Ex cujusdam Numismatis Constantini Imperatoris Icone, quo, quanta Monetæ veneratio inesse debeat, ostendebatur. Cum lemmate, *Monetæ prohibitas, & veneratio*, & enixa, & Literata Regum admonitione, ut hoc semper maximè curent, & quaslibet fraudes, & mutationes Monetarum præcaveant, & simul, ne aurum, & argentum à suis Regnis ab exteris extrahatur, & de damnis, quæ Hispania nostra ob incuriam, quam in his habuit, & habet, quotidie presentit, pag. 491.

EMB. LXXXII. Ex Apum Pictura, & imitatione, quæ ita succum ad mellificandum ex floribus sumunt, ut eis nihil prorsus suæ veriditatis, & utilitatis exugant. Cum lemmate, *Tributa qualiter indicenda* Et utili, ex variis locis, & exemplis, Regum Admonitione, quantum oporteat, hæc in parte Apes imitari, & subditos tondere, ubi res postulat, non deglubere, & necessitate cessante, gravia tributa, quæ ipsa extorserit, allevare, pag. 499.

EMB. LXXXIII. Ex Principis Pictura à suis pro umbra, pro aere, pro fumo Tributum exigentis. Cum lemmate, *In Principes insueta Tributa Imperantes*, & exemplis, damnis, & execrationibus eorum, qui in hoc excesserunt, & illius questionis resolutione. An Reges, sine sui Regni Consilio, & assensu nova, & gravia Tributa Populis indicere possint. Et an expediens viderit possit, legem Juliam de vicissima hæreditatum, aut alias similes, in usum reducere, pag. 505.

EMB. LXXXIV. Ex serpentis similitudine, qui infantem, cujus sanguinem exugit, cauda in os demissa demulcet. Cum lemmate, *In crudeles Exactores*, & Regum Admonitione, de damnis, & oppressionibus, quas subditi ob hoc genere hominum pati solent, quæ ipsi Tributis duriores existunt, & qualiter de illis reformandis, & puniendis satagere debeant, pagin. 512.

EMB. LXXXV. Ex Pictura Historiæ Constantii Imperatoris, legatis suas divitias in vassallis divitibus ostendentis. Cum lemmate, *Re-*

gum verus Thesaurus, & vera, & seria eorumdem admonitione, ut intelligant, quòd, & si in Principibus damari non possit Thesaurorum ad bonum finem congestio, veri tamen Thesauri in vassallis divitibus, & benè se habentibus, & in ipsorum Principum Parsimonia, & redituum, & sumptuum æconomia, & mensuratione consistere, pag. 517.

EMB. LXXXVI. Ex Oceani, juxta mentem Pacati, pictura, & similitudine, in quem, quæ ab eo fluunt aquæ, cum sænore reflouunt. Cum lemmate, *Fluunt, & reflouunt.* Ad Reges admonendos, & exhortandos, ut in suos munifici, & liberales existant, cum in ipsorum tandem utilitatem redundet, quicquid in illos benignè contulerint, pag. 522.

EMB. LXXXVII. Ex duorum Regum pro terræ, adè exiguæ Sphæræ puncto, digladian-tium, Pictura, & sumpta à Plinio, Seneca, & aliis subsannatione. Cum lemmate, *In Reges pro terra puncto certantes*, & exactissima hujus vanitatis, vel verius insanitatis, demonstratione, & Regum exhortatione, ut ejusmodi bella, prorsus injusta, & perniciosa, refugiant, & suis Regnis, terminisque contenti; in illorum recta administratione, conservatione, atque unione laborent, pag. 526.

EMB. LXXXVIII. Ex Gallorum Gallinæcorum, pro sola gloria invidiæ inter se acriter contententium, Pictura, & natura, quæ latè illustratur. Cum lemmate, *Ingloriam pro sola gloria certamen.* Et Regum omnium (sed præcipuè Gallorum) Admonitione, ut ab hujusmodi bellis, ad quæ suapte natura feruntur, abstineant, & falsas, atque affectatas causas illorum in gloriosos Hispaniæ nostræ Reges movendorum, pratexere desinant. Agnoscantque simul, nihil magis Reges dedecere, quàm aliorum rebellibus opitulari, cum potius veluti fratres esse debeant, & fraterna sese, & reciproca caritate juvare, pag. 533.

EMB. LXXXIX. Ex Munere Rânæ, Sagittæ, Muris, & Avis, à Scythis Dario per legatos delato, & ejus explicatione, & ad damna, miseras, & calamitates, quæ bella generare solent, applicatione. Cum lemmate, *Belli damna*, & copiosa eorum ostensione, & execratione, Regumque adhortatione, ut à bellis, quantum fieri possit, abstineant, & ubi excusare non valeant, in hostium provinciis, potius quàm in propriis exerceant, pag. 541.

EMB. XC. Ex Maris, contrariis ventis concussi, similitudine, à D. Chrysostomo sumpta, & ad damna, & concussionem, quas Populi ob Regum discordias, & bella patiuntur, aptata. Cum lemmate, *Regum bella Populos quassant*, & dilucida ejus comprobatione, pestis, & belli comparatione, & repetita Regum Admonitione, ut non nisi ex magna, & inexcusabili causa, suos subditos his damnis afficiant, & an,

& quando possint, eosdem, etiam invitos, ad bellandum compellere, pag. 547.

EMB. XCI. Ex Aquile, & Cybini colluctatione, quæ utrumque aliis in facilem prædam exponit. Cum lemmate, *Belli inter Finitimos Reges periculum*, & enixa Catholici, & Christianissimi suasionem, ut internecina, quæ in se gerunt bella, in Turcas, & Fidei hostes tandem convertant, ne aliter (quod Deus avertat) eisdem in prædam cedant. Et quàm sit turpe, & periculosum, cum ejusmodi hostibus, adversus Christianos, fœdus inire, vel se eis in protectionem, & clientelam committere, pag. 552.

EMB. XCII. Ex Apum Pictura, & natura, quæ talis esse fertur, ut nisi suo præeunte Rege, ad bella non exeant. Cum lemmate, *Rex bellis intersit*, & exacta hujus quæstionis dissertatione, An, & quomodo expediens sit, ut Reges personaliter bellis intersint. Adductis pluribus locis, & exemplis, de bonis effectibus, quos in hoc, & in aliis, præsentia Principum operatur, pag. 558.

EMB. XCIII. Ex Hispaniæ Regum Aurei velleis, sive Agni, stemmate, quod sub Leone torques scintillans circumdat, de cujus origine, & significatione plura traduntur. Cum lemmate, *Parcere subjectis*, & egregia Regum Admonitione; qualiter se cum devictis, & supplicibus hostibus habere debeant, pag. 564.

EMB. XCIV. Ex Pacis nova Pictura, quæ ejus ubertatem felicitatemque plenissimè repræsentat. Cum lemmate *Pacis commoda*, & *encomia*. Quod latè ex Divinis, & humanis literis illustratur, ut Reges, & Principes ad eam optandam, & amplexandam, accedantur, ita tamen, ut non idèd imparati sint, & Armorum curam prorsus omittant, pag. 570.

EMB. XCV. Ex Urbis, mœnium, vice, armatis, & sibi sociatis, atque hærentibus viris, circumdata, ex Issæi Apophthegmate sumpta similitudine. Cum lemmate, *Concordia, quos unit, movit*. Et lata hujus virtutis ad Reges, & populos omnes commendatione, & obiter illius quæstionis resolutione, An urbes muris cingi,

& vallari conveniat, pag. 575.

EMB. XCVI. Ex Templi Jani aperti Pictura, & Romanis ante illud vota fundentibus, Consule tamen interim militaria curante. Cum lemmate, *Orandum, & Operandum*. Et hujus Moniti elaborata comprobatione. Ut Reges intelligant, Gratissimum esse Deo, si ei suas omnes actiones commendent. Ita tamen, ut ipsi, sua ex parte se juvent, & humanis mediis, & auxiliis, Divinorum dignos efficiant, pag. 579.

EMB. XCVII. Ex Equi, cursum ob latrantes canes non remorantis, similitudine, aut mulieris, ova, ne quicquam gallinis glocitantibus, extrahentis. Cum lemmate, *Vulgi latratus spernendi*. Quo Reges admonemus, ne ab exequendis benè pensatis actionibus, ob vanas vulgi voces desistant, de cujus procacis, & mutabili, natura plura traduntur, pag. 584.

EMB. XCVIII. Ex Similitudine Umbræ, quæ semper eos comitatur, quos radii Solis illustrant. Cum lemmate, *Virtus invidiam signit, & superat*. Quod latè exornatur, ad Reges, & Principes admonendos, ut invidentium, & calumniantium Sycophantias, & injurias, & libellos famosos contemnant, & sola sua virtute superari posse confidant, pag. 587.

EMB. XCIX. Ex Cressi ad Cyrum Apophthegmate, quo, à Solone doctus, neminem ante obitum Beatum judicari posse, commouit. Cum lemmate, *Beatus ante obitum nemo*. Et lata hujus historiæ, & sententiæ enarratione, & illius quæstionis dissertatione, An, & quomodo possit quis, de Magnatibus, & Potentatibus, qui adhuc vivunt, Historias, vel Panegyricos evulgare, pag. 593.

EMB. C. Ex Pictura Pantheonis, in Divi Laurentii Templo, apud Escorialia, in Sepulchrum Hispaniæ Regum novissimè, & pulcherrimè fabricati. Cum lemmate, *Maintenance ex Monumento*. Et ultima ad Reges, & Principes Monitione, ex suæ fragilitatis, & Mortalitatibus conditione desumpta, ad eosdem, dum vivunt, præmuniendos, & in recto virtutis tramite continendos, pag. 598.

EMBLEMA I.

TOTUM CONDENS, TOTUM COMPLENS.



*Ex nihilo feci, totum impleo, cuncta guberno.
Meque volente stetit; Meque volente ruet.
Cedite mortales, Dominans Ego solus in Orbe,
Condere qui haud poterit, nec Dominator erit.*

COMMENTARIUS.

I Summo sumo Principe principium, & hoc Emblemate eos, qui terræ præsent, monitos velim, excelsis excelsiorem esse alium, ut Salomon dixit (a), & tunc demum stabilem sibi Dominationem figere, vel fingere posse, cum Majestatem suam, juxta Divi Augustini (b) consilium, Majestati Dei famulam fecerint, humilique & submisso corde cognoverint, se illius comparatione nihili pendi, qui ex nihilo eosdem ipsos, & totum hunc mundum, qui omnia continet, fecerint, & in nihilum, ubi sibi libitum fuerit, reducere possit.

2 Et cujus unius (ut veterum Philosophorum sententia est) omnia sunt, & omnia unum, atque unius ut omnium causæ, utpotè omnium Patris, omnium Conditoris, Conservatoris, Custodis, Principii & finis, indefinibilis, interminabilis, immensi, incomprehensibilis. Quem sola jam Fides amplectitur, quando ratio, & natura, etiam Angelica, plenè non capit: cum ipsa omnia, quæ formavit, excedat, & totus ubique in eisdem rebus, quas formavit, favendis, fovendis, incubandisque consistat, cælum, & terram solus implens, ut apud Jeremiam (c) habetur, lucemque, ut D. Paulus ait (d), habitans inaccessibilem, & tenebras ponens latibulum sui. Quo fit, ut & ipsum solum, tamquam verum ac solum, totius Mundi Regem, omnes Mundi Reges venerari, ac revereri debeant, cum ipsius solius sit totum Mundum implere, cujus & condere æqualis voluntas, ac potestas fuit.

3 Et hoc est, quod præsens (ut vides) Emblemata designat, sub Dei Patris figura, super utrumque globum cælestem, & terrestrem recubantis, & sibi utriusque veram dominationem ex præfatis titulis asserentis. Quos cum terreni Reges præterere nequeant, par est ut cælesti colla submittant, Æschillis illud in memoriam revocantes (e): *Omnia sunt definitè constituta, præterquam Diis imperare; nullus enim liber est nisi Jupiter*. Horatii (f),

*Regum timendorum in proprios greger,
Reges in ipsos Imperium est Jovis,
Clari giganteo triumpho,
Cuncta supercilio moventis.*

4 Et Nabuchodonosoris exemplum veriti, qui, ut sacra recenset Historia (g) rebus secundis elatus, statuam sibi auream immensæ magnitudinis posuit, adorarique eam, ut divinam effigiem, præcepit, & lata in tres pueros Hebræos, *Sidrach, Misach, & Abdenago*, id facere aversantes, capitali sententia, in has voces blasphemias, & impias prorupit: *Quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea?* Propter quod eidem, in solitudinem, feritatemque damnato, ut D. Paulinus (h) ait;

(a) Ecclesiastes 5. 7.
(b) D. August. de Civitat. Dei lib. 5. cap. 24.
(c) Jerem. cap. 23.
(d) D. Paul. 1. Timor. 6.

(e) Æschil. in Prometheus ligato.
(f) Horat. 3. Carmin. Od. 1.
(g) Daniel. cap. 3.
(h) S. Paulin. epist. 4. ad Sever. Sulp.